



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

Semel baptizatum rebaptizari nefandum sacrilegium esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

aliquo bonæ doctrina tangi possunt, per
 primū annos in fide instituantur, & pro-
 ribus scripturas ediscant: tuncque demum
 cræ redemptionis offerantur baptismi, &
 longi temporis pœnitētia prorsus redemp-
 nis fructum assecuti. Pueros autē admodum
 qui per ætatem doctrinas intelligere neque-
 etiam absque hac obseruatione sacro dig-
 Baptismate admittimus.

Infantes, licet
 instrui neque-
 ant, baptizari
 tamē debere.

**SEMEL BAPTIZATI
 TVM REBAPTIZARI NE-
 fandum sacrilegum esse.**

Impium & abominabilem Anabaptistarum
 rem atq; doctrinam esse, ipsa statim inscriptura
 Codicis Iustiniani docet, quæ sic habet. NE
 CTVM BAPTISMA ITERETVR,
 morem doctrinamue sacratissimi & Christianissimi
 imperatores planè execrantur hisce, quæ sequuntur
 legibus.

VALENTIN. VALENS ET GRATIANUS
 Impp. in l. 1. C. ne sanct. baptism. iteretur.

Neminē reba-
 ptizandum.

Nota. Ex A-
 postolorum
 præcepto in-
 fantes bap-
 tizari.

Antistitem, qui sanctitatem baptismi
 licita usurpatione geminauerit, sacerdotem
 indignum esse censemus. Eorum enim erro-
 demnamus errorem, qui Apostolorum præ-
 pta calcantes, Christiani nominis Sacramen-
 ta sortitos, alio rursus baptismate non pol-
 cant, sed incestant, lauacri nomine pollu-
 tes.

HONORATI

HONORIVS ET THEODOSIVS

Impp. in l. 2. C. eod. tit.

Si quis rebaptizare quempiam de ministris Catholicæ sectæ fuerit detectus, vnà cum eò, qui piacularè crimen cõmisit (si tamen criminis per ætatem capax sit) & hic, cui persuasum sit, vltimo supplicio percellatur.

Rebaptizatio pœna capitali prohibetur.

THEODOSIVS ET VALENTINIAN.

Impp. in l. fi. C. dist. rit.

Nulli hæreticorum danda licentia est, vel ingenuos, vel seruos proprios, qui orthodoxorum sunt initiati mysteriis, ad suum rursus baptisma deducendi, nec non illos, quos ementis, vel qualitercunq; habuerint, nec dùm suæ superstitioni coniunctos, prohibendi Catho-

Hæreticis ne liceat quendam rebaptizare.

Quod qui fecerit, vel cùm sit ingenuus, in se fieri passus sit, vel factum non detulerit, exilio ac decem librarum auri multa damnabitur: testamenti et donationis faciendæ vtriusq; denegandi licentia. Quæ omnia ita custodiu decernimus, vt nulli iudicum liceat delatum ad se crimen minori, aut nulli coërcitioni mandare: nisi ipse idem pati velit, quod aliis dissimulando cõcesserit.

Pœna iterati baptisimi.

IVSTINIAN. IN L. I. C. DE OFF.

præf. præf. Africa. circa princ.

Vandali in Africa sæuientes, animarũ fuerunt simul hostes & corporum: nam animas quidem diuersa tormenta atque supplicia non ferentes. rebaptizando ad suam perfidiam transferebant: corpora verò liberis natalibus clara, iugo Barbarico durissimè subiugabant.

Vandali anabaptistæ. De hoc Vandalarũ furore videre Nicephorũ lib. 17. cap. 11 cum seq. & glo. in proem. Iust. §. quorum. sup. ver. & bellicis. et sup. ver. prouinciar.

Cg 2 NE VLLO